

ij adducti sunt ex l. merito, ff. de vi, & vi arma, quæ satis probat ex consideratione, quâ adhibuit Camillus Plautius in commentarijs ad dict. l. quod te. libro. 4. numero. 60.

Nec huic sententiæ repugnat text. l. si cum exceptione. §. quod si homo. ff. de eo, quod metus causa. Nam illi satisfaciunt, & egregie declarat Robertus Aurelian. in d. lib. 1. sentent. iuris, cap. 23. non multum recedendo à declaratione Bartol. in dict. §. quod si homo. qui quidem explicat nil repugnare, §. sed et si non culpa eiusdem. l. si cum exceptione.

Tertia est conclusio in actionibus personalibus prouenientibus ex contractibus, in quibus etsi magna sit inter nostros, dissensio, attamen crebrior esse videtur opinio, cum Bar. præcitat in locis, quod re perempta post mortem debitoris eo modo, quo peritura non erat apud creditorem, debitor ipse non censetur liberatus. Ita sane esse communem opinionem scripsit Ripa in d. l. quod te, num. 28.

Et quamquam difficile esset, in foro, & iudicijs recedere ab opinione hac, attamen vix est, quod iura, quæ in hac adferuntur opinionem, illi suffragentur, nempe l. si pecuniam. §. vlt. ff. de cond. causa data. l. si filiosam. §. si post diuortium. ff. solut. matrim. l. apud Iulianum. §. 1. ver si ipsius quoque, de leg. 1. l. cum filiusam, in princ. & in §. vlt. ff. de verb. obl. & l. qui decem. in princ. ff. de solut. quemadmodum aduertunt Fulgos. Ripa, & reliqui, qui à Bar. & eius sequacibus dissentunt. Et horum quoque posteriorum opinio facile confutari potest, cû text. l. si plures. §. vlt. ff. de positi, nō satis ei opituletur, ex egregia interpretatione Roberti Aurel. in d. lib. 1. sentent. iuris, cap. 23. ad fin.

Hac habita disputatione, & conclusionum breui explanatione, omnino ad rem, de qua mox agimus, necessaria, dubitari egregie contingit, quando præsumatur, quod res esset eo modo peritura apud creditorem, quo perijt apud debitorem? Hac de re sunt opiniones. Vna fuit eorum, qui existimantur absolutè, præsumi odio mortalis rem non fuisse æque perituram apud creditore, sicuti perijt apud ipsum debitorem. Quam opinionem, fuerunt Caltr. & Arer. in d. l. quod te, ff. si cert. pet. & idē Arer. in l. cum res. §. vlt. de leg. 1. quos secutus est Dec. in d. l. quod te. in l. lectura. col. vlt. versic. si verò non con stat, & ibid. Cur. lun. num. 35.

Ea ratione moti ij sunt, quod creditor rem ipsam potuisset alteri vendere, atque ita res non perijisset apud eum. l. possessor. §. vlt. & l. illud. in princ. ff. de petiti. hered. Nec repugnat l. item si verberatum. §. vlt. ff. de rei vend. quia illam intelligunt procedere solum in actionibus realibus, vt diximus supra in prima conclusio. sic intelligi à Bartol. & sequacibus. Vel & secundo interpretatur gloss. dict. §. vlt. ex l. cum res. §. vltim. de lega. 1. quod illa verba, si forte distracturus esset, significant potentiam distractionis, non autem quod sint conditiona liter posita.

Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt, esse distinguendos duos casus, quemadmodum, & duobus modis contingere solet rei interitus, nempe vel morte naturali vel contingenti, sicque fortuito.

Primus itaque est casus, si cum res morte sua naturali perijt. Nam tunc præsumitur, quod eodem modo perijisset apud ipsum creditorem. Ita scripserunt Purpu. & Ripa in d. l. quod te. ff. si certum petat. ille num. 43. ille n. 33. Quam sententiam satis probare videtur text. l. si plures. §. vlt. ff. de positi. in illis verbis. Quia æquum est, naturalem interitum ad actorem pertinere, vtique cum in te natura esset ea res, etsi restituta esset a dori. Et huic etiã fecit l. cum res. §. vlt. de leg. 1. cum ait, fundum chasmas perijisset. Est chasma vorago terræ ex hiato, dum euo gues vapores, vt in Meteoris scribit Aristoteles,

lib. 2. cap. 8. & sentit Iurisc. in l. Verum. §. si locuples. ff. de minor. Idem probat l. si pecuniam, §. vlt. ff. de cod. caus. data. ibi, decederet enim ei si nō accepisset, vt maoumteret. Quæ sententia generalis est, & ob id ampliat dictum, vt scilicet non solum locum habeat, cum commissã est mora, sed & ante.

Nec hic repugnat consideratio Cagnoli in d. l. quod te, nu. 83. cum dixit, non esse præsumendum, quod morte ista naturali res perijisset apud creditorem, quia forte ille vsus fuisset maiori industria, & cura, vt eam conseruaret. Non inquam hoc repugnat, quandoquidem lex considerat quod communiter contingit, non autem accidens, considerat sanè, quod mors ipsa naturalis secundum cursum suum euenit, non autem ob negligentiam possessoris, qui aliqui deliquisse præsumeretur, non adhibendo eam diligentiam, quam alter patet famil. adhibuisset, contra l. merito. ff. pro socio.

Secundus est casus, cum res casu, & fortuito perijt. Nam tunc non præsumitur, quod eodem modo perijisset apud ipsum creditorem. Ita Porpur. & Ripa præcitat in loco. Et moti ij sunt ex l. penult. ff. de vi, & vi arm. ibi, mortalitate. Est sanè mortalitas, pestis ex aeris in temperie, vel ex contagio ptoueniens, (sicuti hac in vrbe superiore anno, nempe 1576. contigit, qua peste periere decem millia plus minus) id quod probat cap. quosdam. de præsumpt. sunt etiam exempla horum casuum fortuitorum commemorata ab Vlpiano in l. si pecuniam. §. vltim. o. in si. ff. de condic. causa data. ibi, vt si vel à latronibus interfectus sit, vel ruina in stabulo oppressus, vel vehiculo obtritus. Nec hic aduersatur consideratio Cagno. in d. l. quod te, n. 83. Cum dixit, certiorum esse coniecturam, quod res fuisset eodem modo peritura apud creditorem, quando fortuito perijt. Ex quo idem illi ipsi rei, manebat infortunium. Hoc eodem non aduersatur, quia in fortuna

12 sepius ex locorum mutatione evitantur. Id quod, & ipsa rerum experientia docet.

Debitor annuum in præteritum semper soluisse, cum constat soluisse per tres continuos posteriores annos, an & quando præsumatur?

S V M M A R I V M.

- 1 Debitor annuus quæ constat tribus annis præteritis soluisse, præsumptione iuris censetur soluisse tempore præterito. Ratio redditur. num. 2.
- Id autem de annis continuis tribus accipiendum. nu. 5.
- Et locum habet non solum in tributario, sed & in emphyteuta. num. 6.
- Idem in censuario, & colono. num. 7.
- Extenditur quoque in solutionibus collectarum. n. 8.
- Item in solutione pensionis. num. 9.
- Locum habet etiam in oblationibus. num. 10.
- Quamvis debitum iuratum sit. num. 11.
- Idem quoque verum est, si solutio per quinquennia distributa sit, & de solutione trium postremorum quinquenniorum constat. num. 12.
- Similiter si per semestria distributa sit solutio, & trium semestrium postremorum solutio appareat. n. 13.
- Procedit quoque etsi elapso eo triennio, debitor in futurum solvere cessaret. num. 14.
- Licet dissentiat Bald. num. 15.
- Nec sententia absolutoria semel pro debitore lata, respectu debiti annorum præteritorum reuocatur, si in futurum cesset. num. 17.
- Sufficere quoque, vt in libro creditoris appareant scriptæ tres continuorum annorum solutiones, licet nil de anterioribus scriptum sit, num. 18.
- Dissentiente quidem Craucetta. num. 19.

Cuius

Cuius opinio per distinctionem declaratur. nu. 20. An verò locum habeat si re ipsa solutio facta non sit, sed ad soluendum se debitor obligauit. nu. 21. Et quid si lex vel statutum ad probandam solutionem requirat probationem instrumentalem. nu. 23.

- 3 Mobilia triennio, in detrimentum negligentis suscipiuntur.
- 4 Beneficij pacificus possessor triennalis, molestia non afficiendus.
- 16 Dispositio exorbitans, & tacita seu præsumptiua, non admittunt extensionem.
- 22 Caducitatis ad penam cuiusdam, obligatio vim habet solutionis.
- 24 Solutione trium annorum proximè præteritorum probata, idem de tempore præterito præsumi, si solutiones diuersis sunt facta temporibus, secus si uno contextu.
- Et quidem intelligendum, in debito annuo reali, secus in personali. nu. 26.
- Item si solutio probetur apochis, secus si testibus. nu. 28.
- Fallit quoque si creditor probet contrarium. nu. 29.
- Vel recipiendo solutionem trium annorum, protestatus sit, sibi saluum velle ius pro annis præteritis. nu. 30.
- Aut debitor non soluerit, sed deposuerit tantum. nu. 31.
- Idque contra tertium non præsumitur. nu. 32.
- 25 Monitionem triannam, pro pignoris venditione necessariam esse.
- 27 Debitum inter reale, & personale, veram differentiam rationem non considerari.

P R A E S V M P T. XXXIX.

Conuenit hoc in loco differere, an, & quando annuus debitor, qui per tres annos soluit, præsumatur præterito tempore soluisse? Martiano Imperator in l. quicumque, C. de apochis publ. lib. 10. de debitoribus tributorum, ita statuit. Quicumque de provincialibus, & collatoribus decurso posthac quantolibet annorum numero, cum probatio aliqua ab eo tributarie solutionis exposcitur, si trium coherentium sibi annor. apochas securitate, q. protulerit, superiorum temporum apochas non cogatur ostendere, neque de præterito ad illationem functionis tributarie coercatur, nisi forte aut curialis, aut quicumque apparitor, vel optio, vel actuarius, vel quilibet publici debiti exactor, siue compulsor, possessor, vel collatorum habuerit cautionem, aut id, quod reposit, deberi sibi manifesta gestorum assertione patefecerit.

Hactenus Martianus, cuius constitutionem auream dixit Bald. in c. litera. de dilat. & vnicam singularemque appellauerunt Bart. ibi, & Alexan. in l. si certis annis. C. de pact. Et dicitur hæc iuris præsumptio, sic à legislatore affirmata. Et tradit Bald. in si. d. l. quicumque, & Ioann. And. in c. litera. de dilat. l. as. in l. si certis annis, num. 4. C. de pactis, & alij multi, quos infra referam. Excipio Moder. Parisien. in Commentarijs ad consuet. Parisien. in tit. 2. §. 62. nu. 48. qui dixit, non esse iuris præsumptionem, sed hominis, quæ iudicis arbitrio relinquatur. Quod verum non esse, aliorum auctoritate, & ratione constat, cum lex ipsa sic statuerit, propterea iuris præsumptio appellari debet, iuxta ea, quæ scripti sup. in lib. 1. q. 4. Est autem constitutio præsumptioque ista, posita, & fundata ea ratione, quia plura concurrunt. Primum deuotio, & legalitas in soluendo integraliter virilem suam tributarie functionis Secundum, continuatio per tres annos continuos, & tres solutiones distinctas. Tertium silentiū exactorum per triennium illud continuum. Quartum tres distinctæ trium coherentium annorum publicæ apochæ, ab officialibus publicis confectæ, & data simpliciter sine protestatione, aut reservatione præcedentiū annor. Ita diligenter perpendit Moder. Parisien. in d. §. 62. numer. 45. qui tria alia commemorat, quæ tamen dixit à prædictis dependere. Et huius interpretis suppresso nomine idem scripsit Ant. Padilla Hisp. in l. 1. nu. 9. vers.

rationes. C. de fideicom. Et (vt summatim sic dicam) illa est huius constitutionis præsumptionisque ratio, quod verisimile non sit exactores tributorum aliqui diligentes, & avaros, præteritorum annorum solutionibus neglectis, & nulla adhibita protestatione, reservationeque, illorum trium postremorum recepturos fuisse. Et si in negligentis detrimentum lex statuit, triennio mobilia vsucapi, l. 1. ff. de vsucap. Non mirum etiam, si statuit hoc in casu, exactorem negligentem præsumi recepisse. Ita hanc ob causam videmus Pontifices statuisse, beneficij possessorem pacificum triennalem, à possessione non mouendam, nec in ea molestia afficiendum esse: sicuti explicat Gom. in regula cancellariæ de triennali possessore. q. 1.

Est, & illud obseruandum, constitutionem d. l. quicumque, requirere solutiones trium coherentium, sicque continuorum triannorum, & propterea non sufficeret, si debitor soluisset per duos annos, & deinde vno anno interposito, soluisset pro ipso quarto subsequenti. Nō enim esset solutio triennalis continuata ob annum medium impedietem continuationem. Ita sentiunt omnes, quos infra referam. Et optimè hæc interpretatio probatur multis illis rationibus ad rem propè consideratis à Socino sen. in consil. 118. numer. 6. 7. & 8. lib. 4. Gomez. in §. rursus, nume. 32. in sit. de actio. & in regula cancellariæ de annali possessore q. 73. & in regula de triennali. q. 16. & 20.

Extenditur primò hæc præsumptio, vt locum habeat non solum in tributario, sicuti loquitur d. l. quicumque, sed etiam in emphyteuta, qui soluto canone per tres continuos annos præsumitur in præteritum soluisse. Ita d. l. quicumque, extendunt Accurs. Spec. Ioan. Andr. & alij multi congesti ab Ant. Gabr. in lib. 1. conclusio. num. in tit. de præsumptionibus. conclus. 11. nume. 2. Et illis accedunt Paris. Puteus in trac. de feud. reintegratione. cap. 61. incipit. sequitur alia q. pag. 41. Soc. sen. in cons. 118. num. 3. lib. 4. Catelianus Cotta in memorabilibus in verbo, solutio facta, Bero. in cons. 152. num. 3. lib. 1. Euerardus in centuria legali in loco, ab extremis, nume. 3. Modern. Parisien. in d. §. 62. nume. 43. Duenas in reg. 54. nu. 1. & Ant. Padilla in d. l. 1. num. 11. & 12. C. de fideicommissis. Imò sunt, qui affirmant, idem esse in emphyteuta ecclesiæ, vt ei sufficiat probare solutiones duorum annorum. Ita Hostien. in summa in tit. de locato. §. vlt. vers. hoc autem notandum. Verum dissentiunt Io. Andr. præcitato in loco, & las. in l. 2. nu. 132. vers. 2. limitauit. C. de iure emphy. Duenas in d. reg. 54. nu. 2. Theaur. in decis. 114. num. 4. & Padill. in dict. l. 1. num. 12. Quo tamen ad colonum dissentit Moder. Parisien. in d. §. 26. num. 49. & si num. 44. in censuario communem sequatur.

Extenditur secundo, vt locum habeat hæc præsumptio etiam in censuario, & colono. Ita Bal. in c. litera, in fin. de dilat. & alios congesti Gabr. in d. conclus. 11. num. 4. Illis accedunt Gratus in cons. 121. num. 4. lib. 2. qui testatur, communem esse opin. Cottæ in d. memorabili in verbo solutio facta. Guliel. Benedict. in c. Rayn. in verbo, si absque liberis moretur. il. 2. num. 188. de testam. Duenas in d. reg. 54. nu. 2. Theaur. in decis. 114. num. 4. & Padill. in dict. l. 1. num. 12. Quo tamen ad colonum dissentit Moder. Parisien. in d. §. 26. num. 49. & si num. 44. in censuario communem sequatur.

Extenditur tertio, vt procedat hæc præsumptio etiã in solutione collectarum. Nam si quis exhibet tres solutiones annales continuatas, præsumitur in præteritum soluisse. Ita Bald. in d. c. litera. in fin. las. in d. l. 2. nu. 132. C. de iure emphyt. Trigonus in sig. 125. quos secutus est Gabr. in d. conclus. 11. nu. 5.

Extenditur quarto, vt procedat etiam in solutione pensionis. Ita Gigas in tractat. de pensionibus. qua. stio. 81. & Gabr. in d. conclus. 11. num. 6. His accedit Decius in cons. 650. nu. 15.

Extenditur

30 Extenditur quintò, ut locum etiam habeat in obligationibus. Ita respondit Dec. in consil. 650. colum. vltim. & sequitur Gabriel. in d. conclus. 31. numer. 7. si etiam solutio decimarum. Gabr. ibid. num. 12. post Boer. in quest. 236.

31 Extenditur sextò, ut procedat etiam si debitum fuit iuratum, sic respondit Grat. in consil. 121. col. 2. lib. 2. & probavit Gabr. in d. conclus. 1. num. 8.

Extenditur septimò, ut procedat etiam si solutio esset distributa per quinquennia, & constaret de solutione postremorum quinquenniorum. Ita Bald. in d. l. quicumque, num. 5. versic. item quæro, quidam præstabat. C. de apoch. public. libro 10. quem secutus est Gabriel. in d. conclus. 11. numer. 9. Et motus est Bald. argumen. text. leg. 1. §. item quæsitum. C. de indictionibus. lib. 10.

Extenditur octavò, ut procedat etiam si solutio esset distributa per semestria. Nam probata solutione trium semestrium postremorum, præsumitur solutio pro præterito tempore. Ita Bald. in d. l. quicumque, num. 9. versic. item quæro, quid in eo. Alexand. in consil. 107. colum. 2. versic. & adhuc non obstat. libr. 3. l. in l. diuortio. §. quod in anno. num. 5. ff. soluto matrimon. & hos secutus est Gabriel. in d. conclus. 11. num. 14. His accedunt Bald. in leg. adem, numer. 6. versic. quæro, quomodo accipitur triennium. C. locati. Gulielm. Benedict. in capit. Raynu. in verbo si absque liberis moreretur, il. 2. num. 186. de testamen. Paris Puteus in tract. de feudorum reintegratione. cap. 197. incipit. & circa materiam, num. 19. pag. 11. & Padilla in d. l. 1. num. 13. C. de fideicom. Et hæc extensio comprobatur ex præcedenti, cum eadem sit ratio. Quibus constat male respondisse Alex. sibi contrarium in consil. 106. num. 3. lib. 3. qui contrarium scripsit, & in specie à Padilla damnatur, etsi eum secutus sit Mod. Paris. in comm. ad consuetud. Paris. tit. 2. §. 62. num. 51.

Extenditur nonò, ut procedat etiam si debitor ipse elapso triennio, cessauit in futurum soluere. Non enim ob id tollit, quin in præteritum ante, scilicet trium annorum solutionem, soluerit. Ita Mod. Paris. in d. §. 62. n. 42. quem secutus est Padilla in d. l. 1. num. 14. C. de fideicom. Idem scripsit Anto. Gabr. in d. conclus. 11. num. 10. etsi commemorauit Bal. aliter sentientem, ut statim dicemus. Est enim eadem ratio in solutionibus triennialibus, respectu præteriti temporis, quæ in solutionibus vltimi temporis. Nec recipienda est ratio diuersitatis perpena à Crauet. in consil. 313. col. 2. versic. non obstat quod, &c. quia considerari non potest maior difficultas probationis ob temporis diuturnitatem. Nam supponamus, quod tribus elapsis annis cesset subsequenti anno soluere, non certè potest hic esse tanta temporis diuturnitas, ut difficilis sit probatio solutionum non factarum ante triennium, quam si soluere perseverasset. Et si hoc diligenter perpendamus, apparebit nil obesse duas alias diuersitatis rationes consideratas à Crauet. præcitato in loco. Et accedit, quod si eo triennio receptorum solutionum elapso, creditor petisset præteritorum annorum solutiones, certè fuisset repulsus, præsumptione hæc ducta à trienniali solutione. Idem ergo est dicendum, quando post ipsam solutionem trienniali cessauit soluere, ne amittat ius iam sibi quæsitum, aduersus tempus præteritum ante ipsas solutiones. Et hæc quidem opinio 25 verior mihi videtur, etsi aliter scripserit Bald. in d. l. quicumque, num. 13. cuius verba hæc sunt: Item quæro, an ex præterito præsumatur in futurum, ut ecce probò, quod iam sunt decem anni, & tribus annis continuatis solui, an præsumatur reliquum soluisse. Respondeo, non Immo recessum est ab omni præsumptione, etiam pro præterito tempore. Et hoc est, quod hic dicit, coherentium, &c. Hæc Bal. qui probavit interpretationem glo-

sa ibidem in verbo, sibi, quæ exponit, coherentium sibi, id est, præsentium conuentioni. & ibi d. Luc. de Pen. col. 2. quem in specie manifestius declarando, secutus est Crauet. in consil. 313. col. 2. in princ. qui in specie respondit idem quod Bald. etsi eius auctoritatis non fuerit memor. Idem clarè scripsit Guic. Benedict. in ca. Raynut. in verb. si absque liberis moreretur, il. 2. num. 186. versic. præterea dico, de testam. Et secundum hanc opinionem iudicasse sacrum Consilium Neapolitanum, testatur eruditissimus Vinc. Francus in decis. 137. qui eiusdem opinionis præteritum nil relatos commemorat Bart. Paridè Pute. l. as. & Cottam, quos tamen hoc scripsisse non facile existimo. Et præcipuum eorum fundamentum est, (ut attigi) in illa interpretatione glo. & Luc. de Penna, dum exponunt, coherentium sibi, id est, præsentium conuentioni. Quæ sanè interpretatio recipienda non est, sed rectius exponendum est, coherentium sibi, hoc est, inter se coniunctorum, ut idem Lucas à Pen. ibid. col. 1. exposuit. & hanc interpretationem probat l. quicumque, in fin. C. de omni agro desert. libr. 11. ibi sibi met coherentes. Est ergo hic sensus, quod si constat per tres annos continuos debitorem tributis soluisse, de præteritorum annorum tributis nil amplius quærat. Quæ interpretatio intelligimus nil etiam obesse, quod considerat Craue. in d. consil. 313. col. 1. versic. sed istud clarius, post gl. in d. l. quicumque, in verb. annorum, quæ exponit, id est, proximorum. Nam erronea hæc interpretatio fluxit à prima iam confutata.

Non etiam obstat illa consideratio Crau. in d. consil. 313. col. 3. versic. secundo principaliter. & versic. text. dum dixit, in d. l. quicumque, non admittit extensionem, cum sit dispositio exorbitans, & tacita, seu præsumptua, quæ extensionem non admittunt. Nam respondetur, hanc non esse extensionem, sed casum ipsam et comprehensum, & dispositum à constitutione illa.

Non etiam repugnat argumentatio eiusdem Crauet. in d. consil. 313. col. 3. ver. 4. text. dum dixit, quod sicuti ex solutione trium annorum continuorum arguitur solutio annorum antea præteritorum, ita etiam ex cessatione subsequentium arguitur antea non solutum. Vna enim præsumptio aliam tollit, l. diuus, ff. de integ. resti. Respondetur, quod elapsis tribus annis factarum solutionum, iam orta est præsumptio, & quæsitum ius debitori in detrimentum creditoris negligentis, quæ sanè negligentia non emendatur per cessationem postea factam ab ipso debitore.

Non etiam ad rem facit alia consideratio eiusdem Crau. in d. consil. 313. nu. 4. versic. quinto difformitas, dum considerauit difformitatem hanc solutionum modò factarum, modò non factarum, quia respondetur, nullam adesse difformitatem in tribus factis solutionibus trium continuorum annorum, quibus elapsis iam firmata, & stabilita est iuris dispositio, & præsumptio, sicuti si tot actus conformes facti essent ad causandam consuetudinem, non considerarentur alij actus difformes subsecuti post consuetudinem illam stabilitam, & firmatam. Non hic commemoro alias Crau. argumentationes, tum quia ad rem nostram non pertinent, tum etià quia ex iam consideratis diluuntur, ut duæ illæ posteriores, ibi in col. vlt. consideratæ.

Extenditur decimò, ut locum etiam habeat hæc præsumptio, quando debitor iam semel sententia absolute à debitis præteritorum annorum, ob solutionem trium ipsorum annorum continuorum, cessauit deinde soluere. Nam hoc in casu etsi cessauit, nihilominus manet sententia, & absolutio facta, quæ in dubium reuocari non debet, ex quo finita res est, arg. l. si ille, C. de decurio. & confert lex qui ob rem. ff. de condition. in deb. ita in specie affirmant, Bald. in d. l. quicumque, num. 14. C. de apoch. publ. lib. 10. Paris Pute. de feud. re-

integr.

integr. cap. 197. incip. & circa materiam, num. 25. pag. 111. & Gulielm. Bened. in d. c. Rayn. in verb. si absque liberis moreretur, il. 2. num. 186. versic. præterea dico, de test. Et hæc quidem extensio probabilem non habet dubitationem, si præcedentem, quam dixi veram, admittimus. Extenditur vndecimo, ut hæc præsumptio locum etiam habeat, quando in libro creditoris, ut puta exactoris tributorum, censuum, canonis, eophyteusis, & similibus, 18 apparent scriptæ tres trium continuorum annorum solutiones, & tamen non legitur aliquid scriptum de anterioris temporis solutionibus. Nam adhuc præsumitur solutum, & omisum negligentia creditoris scriptum, ita docuit Bal. in d. l. quicumque, nu. 11. versic. item quæro, exactor. C. de apoch. publ. lib. 10. quem secuti sunt Anton. Gabr. in d. l. 1. conclus. in tit. de præsum. conclus. 11. nu. 11. & Paris Pute. de feud. reintegration. in c. & circa materiam, pag. 111. num. 9.

19 Caterum ab hac opinione dissentit Crau. in d. consil. 313. col. 4. versic. dicta lex, qui motus est simili traditione. Castr. in consil. 81. in causa, quæ vertitur, col. 3. lib. 2. cum respondit, solemnitate extrinsecam, quæ alioqui temporis diuturnitate præsumitur, non præsumi, quando exhibetur instrumentum, in quo apparet non obseruata. Quam traditionem multis comprobauit supra præsumpt. 132. ubi egimus de solemnitate intrinseca, & extrinseca præsumenda.

Crediderim has opiniones conciliari posse distinguendo, quod aut creditor consuevit ipse solus scribere suo in libro solutiones quas recipit, & debitori dare apocham receptorum solutionum. Hoc casu procedit opinio Bald. Nam fieri potest, quod exactor, siue creditor omiserit suo in libro scribere, & propterea illius sui libri exhibitio nil operatur. Aut creditor, seu exactor consuevit etiam scribere in libro debitorum solutiones ipsas, & ipsi debitores exhibent suos libros, in quibus non apparent solutiones anterioris temporis. Et hoc in casu potest defendi opinio Crau. qui propriè hoc in casu loquitur. Non enim præsumitur, quod si debitor soluisset, non curasset ipsas solutiones suo in libro scribi, sicuti curauit scribi alias; cum nemo præsumatur iactare suum. Et de usu debitorum habendi similem librum, tradit Pute. præcitato in loco. Et cum Crauet. idem sensu Francus in d. decis. 157. nu. 2.

Extenditur duodecimo, ut locum etiam habeat, non solum quando re ipsa hic debitor soluit illis tribus annis vltimis, sed etiam quando se obligasset ad soluendum. Ita Dec. in consil. 650. nu. 15. & Padilla in d. l. 1. num. 14. versic. ampliabis. C. de fideic. Ea ratione motus est Dec. 22 quia ad euitandam poenam fraudulenti, obligatio vim habet solutionis, ex sententia Spec. Cyni, Bald. & aliorum, quos Dec. ipse commemorat. Verum hæc de traditione dubito ob id, quod respondit Crau. in d. l. 1. consil. 313. num. 5. versic. dicta lex, cum dixit, d. l. quicumque, loqui conditionaliter, si probauerit solutiones, quæ conditio debet impleri in forma specifica. Non ergo in sola obligatione verificabitur.

Extenditur decimotertio, ut locum habeat hæc præsumptio, etiam si lex, vel statutum ad probandam solutionem requirit probationem instrumentalem. Nam adhuc sufficit probare solutionem postremorum annorum, ita in specie Padilla in d. l. 1. num. 10. C. de fideicommiss. ex sententia l. as. in l. 1. num. 10. C. de testam. milit. & in l. sciendum, nu. 75. ff. de verb. oblig. & in specie magis sic docuit Bald. in d. l. quicumque, nu. 11. C. de apoch. publ. lib. 10. & illum secutus est Gulielm. Bened. in d. verb. si absque liberis moreretur, il. 2. num. 186. Et conferunt quæ dicemus infra in præsumpt. 141. in fi.

Declaratur primò hæc præsumptio, ut locum habeat, 24 quando dictæ solutiones factæ fuerunt diuersis temporibus, secus verò, si in unico contextu. Nam tunc non præ-

sumitur, quod soluerit præterito tempore. Ita Bal. in d. l. quicumque, q. 1. nu. 3. C. de apoch. publ. lib. 10. & in l. 2. versic. ponè quod quis. C. de dot. promiss. Alex. in addit. ad Bart. in d. l. quicumque, & ibid. Luc. de Pen. col. 1. Paris Pute. de feudorū reintegration. c. 61. incipit. sequitur alia q. num. 10. l. as. in l. 2. nu. 133. C. de iure emphy. Lancello. Dec. in l. Ianolenus. ff. de annuis leg. Cremen. in sing. 79. tu scis, in fin. Capella Tholosan. q. 235. Trigonius in sing. 125. Chassan. & Balbus in tract. de præscript. in 3. par. principali, col. 11. versic. limita, quos secutus est Gabriel. in d. conclus. 11. num. 13. Et his accedunt l. as. in l. si certis annis, nu. 4. versic. notabiliter. C. de pacis. & in l. 2. num. 136. C. de iure emph. & in l. 1. num. 3. ff. de off. eius. Iacobinus in l. non est necesse, num. 3. ff. de proba. Gulielmus Benedict. in c. Raynutius, in verbo, si absque liberis moreretur, il. 2. num. 182. de testam. Catellianus Cotta in memorabilibus, in verbo, solutio facta. Moder. Parisien. in commentarijs ad consuet. Parisien. in tit. 2. §. 62. num. 52. & Padilla in d. l. 1. num. 24. versic. limitabis tu. C. de fideicommiss. Et hanc opinionem sententiam comprobat l. si triennio. ff. de statu lib. de quo diximus supra in præsumpt. 131. dum explicauimus l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. Confert, & simile traditum à glo. in l. 4. ff. de pignorat. actio, dicente, quod cum pro venditione pignoris requiratur triena monitio, non esse satis, si creditor ter interpellat debitorem, dicens, solve, solve. Hæc enim vnica censetur interpellatio. Et glossam illam secuti sunt Bar. & reliqui ibi, & plures commemorat Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, reuertatur, n. 42. C. de reuocan. donatio.

Volunt autem aliqui, ut non procedat hæc præsumptio, quando debitor soluit per nouem annos hoc modo, vno anno soluit pro tribus annis. Ita Bald. in d. l. quicumque, nu. 4. Non enim hæc est præstatio formis, quam debitor iste annuus præstare tenetur. Et quia hic duo præsumerentur, præstationis formitas, & ipsa præstatio, & tamen duæ præsumptiones principaliter non possunt concurrere, l. 1. C. de dotis promiss. & scripsi supra in l. 1. q. 53. Et hanc declarationem tacito Baldi nomine probavit etiam Gulielmus. Benedictus in c. Raynutius, in verbo, si absque liberis moreretur, il. 2. num. 183. versic. plus dico, de testam. Caterum à prædictis dissentit Moder. Parisien. in d. §. 62. num. 52. cuius opinio verior mihi videtur, cum verè præstatio sit formis, continua, tergeminata, tres apochæ, & creditoris silentium plus quam triennale.

Declaratur secundò, ut locum habeat hæc præsumptio in debito annuo, & realis, secus verò in debito personali, ut puta, si promissisti mihi decem singulis annis, vel si te grauasti præstare centum quotannis. Nam tunc solutio trium postremorum annorum, præsumptionem non facit, quod pro annis præteritis soluerint, ita Bald. in d. l. quicumque, versic. item promissisti mihi. C. de apoch. publ. lib. 10. Cremen. in sing. 80. incipit. item quæro, & Gabr. in d. conclus. 11. in fine. & his accedunt Gulielm. Bened. præcitato in loco, num. 188. versic. non tamen. & Catelia. Cotta in memorabilibus, in verb. solutio facta. Verù à prædictis dissentit Modern. Paris. in d. §. 62. num. 53. & Ant. Padilla in d. l. 1. nu. 16. C. de fideicom. quos sequor; 27 cum verè differentia ratio inter debitum reale, & personale considerari non possit. Nam rationes illæ, quas in specie d. l. quicumque, commemoravi supra, conueniunt, & huic annuo debito personali.

Declaratur tertio, ut locum habeat hæc præsumptio, quando solutiones illæ trium postremorum annorum præstantur apochis ipsi, secus verò si rebus. Nam tunc cessat præsumptio hæc iuris, ex d. l. quicumque. C. de apochis publ. lib. 10. tamen si aliquam præsumptionem, & hoc faciat, ita tradunt Modern. Paris. in comen. ad consuetud. Paris. in tit. 2. §. 62. num. 49. & Padilla in d. l. 1.